de bonis suis generaliter omnibus eundem Gnosum tenutar suum et eius successores per totum tempus tenute eius ab omni impedimento iuridico et extraiuridico quarumvis personarum propinquarum et remotorum cuiusvis sexus status et conditionis existen. tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare solusque per se et per submissas personas non iniuriare imo ea bona semper munda ac libera facere sub vadio simili aliorum Quinquaginta absque uno floren. polon. Et Coram officio praesenti castren. Branscen. in primo citationis termino peremptoria remissione omnibus contrarijs exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus vera vel simplici infirmitate motionibus apellationibus ac earum prosequutionibus alijsque in universum iuris remedijs et defensionibus lega liberoque impedimento etiam Demum concedi soliti se et suos successores uti abscribendo et abrenunciando.

Chodor Quietatio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparens nobilis Leonardus olim Georgij Chodor sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia nobilem Stanislaum olim Michaelis Chodor de vulneribus sibi per ipsum illatis actis autenticis inscriptis tum et de processu eo nomine obtento quietat emittit et liberum facit perpetuo obductionem vulnerum cum processu cassat et annihilat

Sieniełowski Demissio

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. comparens personaliter Nobilis Ioannes olim Thomae Sieniełowski sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia nobili Maximiliano olim Trojani Sieniełowski et ipsius posteris obligationem suam terrae immobilem in bonis Wolka Sieniełowo consisten. per olim Nobilem Trojanum Sieniełowski parentem eius olim Nobili Thomae Sieniełowski parenti suo in summa sedecem sexagenarum polonicalium in positione actorum terrium Branscen. anno millesimo sexcentesimo trigesimo secundo inscriptam cum omnimoda potestate eiusmodi inscriptionis paratusque in possessione positione huiusque evictione et ligamentis in originali inscriptione contentis demisit Intronem illi eamque offerisse acceptandam admittendo

Iakubowskie z Kolimowo Concordia

Coram officio et actis praesentibus castren. capitan. Branscen. personaliter comparentes Nobiles Paulus olim Alberti Iakubowski in Kolimowo haeres ab una et Nobilis Lucia Krzymowska relicta primi olim Nobilis Ioannis Francisci Iakubowski fratris ipsius Pauli germani secundi vero matrimonij consors Nobilis Ioannis Złotnicki in Kolimowo eadem vigore iurium suorum ab eodem olim priori marito habi-

tu